

corpus continuum uisus iudicabit, quia etiā uisus recta curua, rotunda, quadrata ex re-
 motione iudicat, sicut est in præmissis huius libri theorematibus declaratum. Et si uisus
 pannū coloratū, in quo est minuta colorū diuersos cōpersio, ad quos pportionata para-
 tum elongatio sit intemperata ipsi uisui, diutius etiā aspexerit, apparebit pannus il-
 le unius coloris tantum, qm̄ extra temperantiā est longitudo respectu partialium colo-
 rum, licet omnia alia cōueniant in debita temperantiā respectu uisus, quia ergo uisibile
 rei circūstantiā uisus p̄tensus nō perspicit, palā quia debilitatur ex p̄tensione sui ad ui-
 sibile siue ex remotione uisibilis ab ipso, & hoc est quod proponebatur.

CLIX.

Nigredinis in re non nigra apparitio ex uisus prouenit defectio.
 | **Experientia** similiter comprobāt quod hic pponitur [auxilio præcedentis, quia
 enim uisum p̄tensum longe debiliorem fieri patens est, ut præmissum est, ideo accidit
 q̄ ea quæ longe uidentur ppter uisus debilitatiōem omnia nigriora apparent, sicut etiā
 corpora remotiora & minora & planiora q̄ sint, uisibus apparent, qm̄ eminentiā suā
 partium asperitates & tumores in ipsis faciētes non uidentur. Similiter etiā quæ in spe-
 culis uidentur, quia propter reflexionē ipsoꝝ distantia augetur, ideo propter remotio-
 nem quæ accidit uisui talia nigriora uidentur experimentanti: quanto em̄ magis ex re-
 motione etiā rei albæ immoto speculo distantia à superficie speculi augmentatur, tanto
 magis color ille albus uisui ad nigredinē accedit, unde etiā nubes apparentes in aqua nig-
 giores uident q̄ in loco suo uisui in eodē loco existēte, qm̄ reflexio facta in aqua auget
 distantia; nihil aut̄ differt aliquid multum distans uisui apparere, in uisu per multam dis-
 tantiam uisionē rei cōplere; semper em̄ fit iudicium uirtutis uisuiæ secundum quod for-
 ma est in uisus organo recepta; neq; latebit hic experimentantē, quia quando clara nubes
 fuerit uicina soli, tunc alicui aspicienti ad nubem, nubes nō uidebit nisi alba. Sed si
 reflectatur ab aqua, & eam uisus in aqua uideat, tunc illa nubes alba aliquē colorem ex
 medijs coloribus uisui præsentabit, ut puniceum, purpureum, uiridem, & lazurū; unde
 sicut uisus colorem nigrum per reflexionem uidet esse nigriorem, sic & colorem albū uide-
 det minus album, ppter reflexionem. Nubem itaq; albā existentem uidet uisus propter
 distantiam ampliorē, quæ fit per reflexionem in suo colore nigram, & similem priuatio-
 ni & negationi propter uisus protensi debilitatem, & qm̄ coloratio nubis fit ex impressio-
 ne luminis ab aliquo corpore luminoso, potest concludi ex præmissis, quod in omni
 corpore cui lumen uel color ex corpore luminoso imprimitur, eandem causam & effec-
 tum participem habebit, & hoc est quod proponebatur.

LIBER QUINTVS

PERSPECTIVAE VITELLIONIS.

Expeditis aliquantulum his quæ simplici & directæ uisioni necessaria existere,
 & eius deceptionibus accidere uisa sunt, restat nunc ut conuenienter eum
 modum uisionis, qui fit per reflexionem à politis corporibus, quæ specula
 dicimus, prosequentes, de omni reflexionis modo à quibuscūq; speculis ex-
 quisitius pertractemus. Primo itaq; in præsentis quinto huius scientiæ li-
 bro præmittemus, quælibet illoꝝ quæ æstimamus communia omnibus speculis, & de-
 inde adiungemus passiones quæ accidunt rebus & uisui à solis speculis planis, quorum
 speculorum forma simplicior est formis omnium aliorum speculorum, propter quod &
 speculorum planorum passiones quibusdam alijs speculis sunt communes, ut patebit in li-
 bris sequentibus, quibus alijs speculorum passiones proprias reseruamus. Verumtū
 sicut in principio huius scientiæ diximus, non intelligimus in hoc tractatu per specula
 corpora tantum formata & polita per artificium, sed etiam ipsa corpora naturalia, à quibus
 rum